



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

135 Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes  
tuas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

135 Faciem tuam illumina super seruum  
tuum, & doce me iustificationes  
tuas.

Petitur beneuo- **L L V M I N A**, Hebrais, fac splendere:  
lētia Dei. quod significat primò benevolentiam,  
**Iob 29.** hilaritatem, ac fauorem ostendere. Quo-  
modo Iob. Lux, inquit, vultus mei non  
cadebat in terram: ita audiē, & cum desiderio à subditis excipiebatur. Deinde, quia

**Et lux.** ipsa facies Dei lux est, idem est dicere. Fa-  
cīem tuam illumina, ac luce tua perfun-  
de me, vt videam iustificationes tuas, hoc

**2. Cor. 4.** enim est doceri, & illuminari. Sed non  
puto sibi soli, aut hilaritatem vultus Dei,  
aut diuinæ lucis manifestationem petere;  
petit & pro toto terrarum orbe, vt Deus,  
qui dixit in principio de tenebris lucem  
splendescere, cum nascentem mundum,  
& quasi infantiae pannis obuolutum, lu-  
mine, coloribus, ac decorē depingeret,  
ipse sublimiori iam luce resplendeat in  
cordibus nostris ad illuminationem scien-

**Et Christi.** tiæ claritatis Dei in facie Christi I E S V :  
stus sal- per quem, & in quo cælestis illius Hier-  
u- uator. salem in terris imago quadam, & species  
**Isai. 61.** repræsentata est. Hanc speciem vidit in  
spiritu Isaias. Vedit, & gauisus est. Vnde  
& exultabat lætabundus, & laudans. Gau-  
dens, inquit, gaudabo in Domino, & exul-  
tabit anima mea in Deo meo, quia induit  
me.

me vestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsum ornatam monilibus suis. Quæ verba suauissimè sic S. Bernardus explicat. Sed melius dicimus, quod Sponsum tunc viderit, cum Verbum in carne vidit, agnoscens duos in carne vna. Dum enim sanctus ille Emmanuel terris intulit magisterium disciplinæ cœlestis, dum supernæ illius Hierusalem, quæ est mater nostra, visibilis quedam imago, & species decoris eius per ipsum nobis, & in ipso expressa innotuit, quid nisi in Sponso Sponsam perspeximus, vnum eundemque Dominum gloriae admirantes, & Sponsum decoratum corona, & Sponsam ornatam monilibus suis? Vnus idemque Dominus, & Sponsus in capite, & Sponsa in corpore. Legenda quæ subdit. Nec plura addam, ne diuinæ dulcedinis obtundatur sapor. Non itaque mirum si in hanc faciei illuminationem, & splendoris magnitudinem, ac decorem Prophetæ intuens, sequenti capite id se ardenter postulare fatetur. Propter Sion, inquit, non Isai. 62: tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur, ut splendor, lustus eius; & Saluator eius, ut lampas accendantur: & videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclivum tuum. O lux, quæ in tenebris luces, & tamen tenebræ te non comprehendunt. O, qui in propria veni- aduentu.

fti,

Ser. 27. in  
Cant.

Ioan. 1.

Fructus

ex Christi

sti, & tui te non receperunt, indica nobis,  
quid ex vultus manifestatione gaudij,  
quid excellentiae, & decoris in vniuersam  
Ecclesiam redundarit: vt videamus, quam  
merito faciem tuam super se illuminari  
Psalmographus adeo ardenter efflagitat.  
Sequitur Isaias. Et vocabitur tibi nomen  
nouum, quod os Domini nominabit: &  
eris corona gloriae in manu Domini, &  
diadema regni in manu Dei tui. Non  
vocaberis ultra derelicta: & terra tua non  
vocabitur amplius desolata: sed vocaberis  
voluntas mea (sive complacentia mea)  
in ea: & terra tua inhabitata, quia com-  
placuit Domino in te.

356 Exitus aquarum deduxerunt oculi  
mei, quia non custodierunt le-  
gem tuam.

**V**is ingēs **Q**UA M pulcher, quam exaggeratus dī-  
lacryma- cendi modus ad explicandam vim la-  
rū signifi- crymarum ob diuinæ legis transgressio-  
catur.

Cant. 4.

nem? vt non veluti guttatum lacrymæ  
defluerent, sed quasi riui i impetu fluenter  
de Libano. Hebraicæ vox eadem est apud Ie-  
remiam Thren. c. 3. vbi noster transtulit  
diuisiones aquarum: & reuera verbum  
**אָתָּה בְּנֵי** significat diuidere, vnde quidam  
**אָתָּה בְּנֵי** dictus est, quod in diebus eius di-  
uisa fuerit terra. Sunt qui putent riuos di-  
uisiones appellari quasi à fonte diuulso  
ac di-